Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift



æ alii diiudicent. si autem alii fuerit reuelatum sedenti prior tacear.
Qua possim ratione reticere. cum in dationem sit spiritus qui loquitur per prophetas.
uel tacere. uel dicere. Si quid intellegebant quod dicebant. cuncta sapientiæ
rationis quæ spiritus plena. nec aer uoce pulsatus ad aures eorum puenebat. sed
dominus loquebatur in animo. prophetarum. iuxta illud quod alius propheta dicit. angelus
qui loquebatur in me. Et clamantis in cordibus nostris abba pater. audiam quid loquatur
in me dominus dominus. Vnde post historiæ ueritatem spiritaliter accipienda sunt omnia.
sic iudea. hierusalem. babylon. philistim. moab. damascus. egypti. de
serrum mare. idumea. arabia. ac uallis uisionis. ad extremum tyrus. et
uisio quadrupedum intellegendum est. in cuncta quæram in sensu. et in omnibus
his quasi sapiens architectus paulus apostolus iaciat fundamentum. quod non est
aliud preter xpm ihm. Magnum. laboris est omnem isaiæ librum uelle disse
rere. in quo maiores nostri ingenia sudauerunt. grecorum dico. ceterum apud latinos
grande silentium est. preter sancte memoriæ mrem uictorinum. qui cum apostolo
dicere poterat. et si imperitus sermone. non tamen scientia. Scribit enim in be
ppham. iuxta editiones quattuor. usque ad uisionem quadrupedum desertorum origenes. xxxx. uolumina. et quibus. xxxvi. liber. non inuenitur. ferunt. et
alii sub nomine eius de uisione TETRAMORPHON. duo ad gratiam libri.
quibus pseudographi putantur. et xxxv. omeliæ. et chaldaicis quibus nos excerpta possimus appellare. Eusebius quoque. pamphili iuxta historicam explanationem. xv. edidit uolumina. Et didimus cui amicius nunc usi sumus
ab eo loco ubi scriptum est. consolamini consolamini populum meum sacerdotes.
loquimini ad cor hierusalem. usque ad finem uolumina. xv. et edidit thomos. [v libros]
Apollinaris autem more suo. sic exponit omnia. ut uniuersa transcurrat
et puncti quibus dia atque intuallis immo compendius grandis uiæ spatia